z pasji do liturgii

FORMUŁY UROCZYSTEGO BŁOGOSŁAWIEŃSTWA NAD LUDEM

(Missale Romanum 2002)

DE PASSIONE DOMINI

Sacerdos vel diaconus :

Inclináte vos ad benedictiónem.

Deinde sacerdos, manibus super populum extensis, dicit benedictionem :

S. Deus, Pater misericordiárum, qui Unigéniti sui passióne tríbuit vobis caritátis exémplum, præstet ut, per servítium Dei et hóminum, percipiátis suæ benedictiónis ineffábile donum.
R. Amen.

S. Ut ab eo sempitérnæ vitæ munus obtineátis, per cuius temporálem mortem, ætérnam vos evádere créditis.
R. Amen.

S. Quátenus, cuius humilitátis sequímini documénta, eius resurrectiónis possideátis consórtia.
R. Amen.

S. Et benedíctio Dei omnipoténtis, Patris, et Filii, + et Spíritus Sancti, descéndat super vos et máneat semper.
R. Amen.